

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Abbates Casine[n]ses quinto. cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Episcopus 7. & Praelatus 76. creatus an. 1355. die 17. mēsis Iulii. prae-
fuit annis 1. mensib. 3. dieb. 7. Obiit anno 1357. die decimo. calend.

Nouembris Neapoli, ibi que sepultus est. Vacavit sedes dies aliquot.
Angelus de Pasta, Monachus Benedictinus, Episcopus 8. & Prae-
latus 77. creatus anno 1357. die 10. Nouembris, prae-
fuit annis tribus, mens. 3. Obiit Casini anno 1361. die 3. Idus Aprilis, & ibidec sepul-
tus est. Hic reædificauit Capitulum, Refectorium, Dormitorium, &
Corpus Ecclesiae. Vacavit sedes mensem unum, dies 26.

Angelus de Vrbinis, Episcopus 9. & Praelatus 78. creatus anno 1361.
die 8. mensis Iunii, prae-
fuit annis quatuor. Obiit anno 1365. die 7.
idus Iunii, & sepultus est in Casino. Vacavit sedes menses aliquot.
Quo mortuo considerans Urbanus Papa V. monasterio Casinensi
pauca incommoda, ac damna accessisse ob Abbatiale dignitatem sub-
latam, eam iterum in integrum restituit, & Episcopalem prouersus ex-
tinxit, anno Domini 1365. Eruht ergo in posterum.

Abbates Casinenses quintò. Cap. XIIII.



ANCTVS Urbanus Papa V. Abbas Casinensis 79.
anno Christi 1365. Monasterium Casinense subu-
tela, & patrocinio Apostolicæ sedis suscipiens illud
per Procuratores suos administravit an. 5. & men-
sibus aliquot. Obiit anno 1370. die 14. calen. Ianua-
rii, & Massiliæ in Monasterio S. Victoris sepultus
est. Vacavit sedes menses aliquot.

Bartholomaeus Senensis, Abbas 80. creatus anno 1371. eodem an-
no mortuus est ueneno, cum præfuisset uno mense solo, & sepultus
est Casini. Vacavit sedes menses aliquot.

Andreas Fauentinus, Ordinis Montis Oliveti, Abbas 81. creatus
anno 1371. die 10. Septemb. præfuit annis tribus. Obiit anno 1374 die
13. calend. Octobris, & in Capitulo Casinensi sepultus est. Hic plan-
tauit Pastinum S. Honophrii, & construxit Ecclesiam Sanctæ Aga-
thæ. Vacavit Monasterium annum 1. dies 3.

Petrus de Tarraris Romanus, Ordinis montis Oliveti, deinde Ab-
bas S. Laurentii extra Vrbem, postea S. R. E. Presbyter Cardinalis
Reatinus, & Abbas Casinensis 82. a Gregorio Papa XLI creatus; an-
no 1375. die decimo sexto Septemb. præfuit annis 19. mensibus 8. die
bus 19. Obiit anno 1395. pridie nonas Iunii: & Casini sepultus est.

Henricus Tomacellus Neapolitanus, olim Abbas S. Saluatoris in
Thea-

Theate, Abbas 83, creatus anno 1395, die Nonarum Lunij; præfuit annis 24 plus minus. Obiit anno 1419, apud Spoletum, ubi relegatus fuerat, & ibidem sepultus est. Vacavit sedes menses aliquot.

Pyrrhus Tomacellus Neapolitanus, Henrici Abbatis Nepos, Abbas 84, creatus anno 1419, mense Octobris; præfuit annis 18. Pau lo ante mortem Abbatia priuatus, obiit apud Pontem S. Angeli, ubi vincetus tenebatur, anno 1437, ipsis calendis Novembris, & ibidem in ecclesia S. Celsi sepultus est. Vacavit Monasterium, annos octo, menses sex, dies viginti tres. Nam Pyrrho Abbate ab Eugenio Papa IIII quod Spoletinam Arcem contra ipsius voluntatem tenere & occidare presumperat, anno 1437, in ordinem redacto, & in carcere detruso, Monasterium Casinense gubernatum fuit per Priorem, & Subpriorem, annis octo, mensibus sex, diebus 23, usque ad annum 1446.

Antonius Carafa Neapolitanus, Abbas 85, & ultimus, creatus anno 1446, die uigesimoquinto Maij, præfuit annis octo, mensibus octo, diebus tribus. Obiit anno 1454, die primo Februarij & Casini sepultus est. Quo ex hac luce subtrahito sacramentorum Casinense in Commendam redactum, integro Jubile in eo statu permanuit, donec diuina operante voluntate Unioni & Congregationi S. Iustinae de Padua, aggregatum fuit, ut infra patebit.

Commendatarius Casinensis. Cap. XLIII.

VICARIOVIS Scarampus Patauinus, Patriarcha Aquileiensis, & S. R. E. Episcopus Cardinalis Albaeus, Sacri Montis Casini primus Commendatarius, & Prelatus 86, creatus anno 1454, gubernavit annis plus minus undecim. Obiit anno 1465, sexto Calendas Aprilis Romæ, & in ecclesia S. Laurentij in Damaso sepultus est. Vacavit Monasterium menses duos.

Paulus Papa III. Barbus Venetus, Commendatarius secundus, & Prelatus 87, incepit anno 1465, die 28. Maij, & gubernavit per legatos suos annis 6, & mensibus duobus. Obiit Romæ anno 1471, quinto Calendas Augusti, ad S. Petrum sepultus. Vacavit Monasterium mensem, dies tres.

Ioannes de Aragonia, filius Regis Ferdinandi, Neapolitanus, S. R. E. Presbyter Card. T. S. Sabinæ, Commendatarius tertius, & Prelatus